Copia de la portada.

Ms. S. – 4.º papel – con 192 pag. bien tratado, Para 2.ª de la semana de Dias

Medio.

R.

IHS

INRI

V. P. Fran.cus Suarez e Societ. Jes. D.r Exim.





V.P. Fran.co Suarez de la Socied. de J. D.r Eximio.

PARS 2ª


DE SCIENTIA DEI MEDIA

seu respiciente objectum Contingens conditionatum

Perventum tandem est ad totius tractationis scopus. id est scientia divina media, quæ vobis ...stiti contemplanda placido, et sereno vultu, de censura ... timida, sed alacris de victoria. Historiam

2.

ejus fortunæ viderit ap.d Auth.s qui ex &
professo eam elucidarunt. Præcipui in argum.
sunt P.r Gabriel Henado in sua libro de
scientia media historicè propugnata, et Pater
Livinus Meyer in sua historia de auxi
lijs. Nos, qui theologicè eam elucidaturi
sumus, conabimur, intenti ejus, ut corpus
ejus divinæ scientiæ tunc directè tunc indirec
tè statuamus. Itemplemunque ejus objectum,
et modum, quo ad invicem se habeant, præ
termissis fabellis, quæ in ipsam Adver
sarij, et vindicijs apologeticis, quæ
pro ipsa Amici concep
sere, et evulgarunt.



Disputatio 1.a

An Deus certò, et infallibiliter cognoscat eventus contingentes conditionatè futuros?

Caput 1.um

Aparatur ad conclusionem.

174. Ut vis exterius conclusioni praemitto 1.o eventum conditionate futurum esse eum qui contingit dependenter à conditione. Porro conditio erga conditionatum triplici modo se habere potest. 1.o necessario, ut cum conditio metaphisicè, phisicè, aut moraliter connexa cum conditionato. 2.o disparatè; ut cum conditio impertinens se habet ad conditionatum. 3.o utiliter, sed indifferenter, ut cum conditio juvat, sed non infert conditionatum. Sunt exempla pro omnibus. Pro 1.o hoc: si existat efficax praedefinitio paenitentiae, Petrus poenitebit; si ignis sit aplicatus comburet, si homo diutius vivat,

peccabit. Pro 1.º hoc: si turca dormiat Petrus divertet. At demum hoc pro 3.º si det Paulo auxilium supernaturale excitans ad poenitentiam, poenitebit.

775. Primo dico esse duplex contingens conditionatum. Aliud purè tale; et aliud non purè; sicut alia est res purè possibilis, et alia res non purè possibilis; conditionatum purè tale est quod existet, si conditio existat, verum numquam habet purificatam conditionem. Sic conversio Tyriorum dependens à praedicatione, et miraculis Christi, quae non fuerunt patrata apud ipsos. Conditionatum non purè tale est quod existit dependens à conditione, quae purificata est. Sic conversio D. Petri dependens ab aspectu Christi Domini, qui Petrum respexit. Hoc genus obiecti conditionate futuri distinxi; quamcumque à scientia media respicit. Hinc per peram dicere Franciscus Felix cap. 6. de scientia difficultate 1.ª et Cabrera in 3. partis quaest.º 1.ª artic. 3. §. 22. asserentes, Societatis D.D. docere objectum divinae scientiae mediae esse solum futurum conditionatum, quod numquam erit absolutum.

Præmitto 3º: eventus conditionatè futuros 176.
sub conditione connexa præsciri à Deo scientia simplicis in
telligentiæ, talis è hic: voluntas operabitur si Deus præ
definierit ejus operationem. Adverte hic esse aliquas propositiones,
quæ primo aspectu videntur præferre conditiones nullo dicentes
connexionem cum conditionato, imò conditiones disparatas; cum tamen
includant conditiones re ipsa connexas cum conditionato, si non in
trinsece, saltem extrinsecè ratione promissionis, legis aut
providentiæ divinæ. Tales sunt hæ: si Petrus decedat
in gratia salvabitur: si Peccator non poeniteat, in æternum
peribit. Similes conditiones attenta præsenti Dei lege
involvunt conditiones connexas cum conditionato, præsciuntque
à Deo scientia visionis, et præ simplicis intelligen
tiæ: scientia visionis, qua potest dicuntur legem aut promis
sionem: simplici intelligentia qua potest dicuntur esse
infallibiles ponendo ex conditionia positione. 177.

Præmitto
2º: eventus conditionatè futuros sub conditione nihil connexam
conducenti, vel disparata et impertinenti indifferen
ti tamen ad ipsos esse objecta scientiæ divinæ mediæ.
Hinc scientia media prout ab Schola defenditur sic po
test explicari: cognitio divina subjectivè absolutè

existens in Deo de eventu aliquo sub conditione indif-
ferenti; non innixa decreto aliquo divinae voluntatis abso-
lute existenti in Deo. Explicationem definitionis acci-
pies ex dicendis decursu tractationis. Modo, quod
Sc. cognitio simplici modo est conditionata: una subjective, alia
obiective. cognitio subjective conditionata est quae non existit, sed
existeret, si poneretur conditio aliqua v.g. si Judas fuisset
conversus, ejus conversionem novisset Deus. Obiective conditiona-
ta, et subjective absoluta, seu absoluta ex parte actus
ea est, quae absolute existit; sed ejus obiectum aut affirmatur
aut negatur dependenter ab aliqua conditione. V.g. conversi fuissent
Tyrii si Christus Dominus apud ipsos praedicasset.

778.

Conditionatae dividuntur ex parte temporis affirmati esse triplices, de
praesenti, de praeterito, et de futuro. Exempla sunt de
praesenti: si Petrus vocatur auxilio X, convertitur nunc.
De praeterito: si Tyrii vidissent miracula Christi conversi
fuissent. De futuro: si Paulus audiat concionem, convertetur.
Ulterius: scientia est duplex ex parte modi affirmandi: una pure conjuncti-
va, alia non pure conjunctiva. Illa est, in qua praecise
affirmatur sub conditione conditionatum, quin afferatur hypo-
thesis vel aliquod conducens ad conditionem v.g. Petrus

pœnitebit, si Paulus dormiet. Hæc vero in qua asserit con-
ditio ut quid utile et conducens ad actionem v.g. Petrus poeni-
tet, si ipsi conferat auxilium Dei. Denique ex modo enuntiandi
complexum eius est prædicata scientia. Affirmativa, quæ tendit in
suum obiectum per affirmationem, et negativa, quæ tendit per
negationem. 179.

Præmitto 2.º notitiam, seu cognitionem conditionati contin-
gentis posse esse duplicem; aliam certam, et infallibilem; et aliam
coniecturalem, quæ rursus dividitur in coniecturalem obiective, et
coniecturalem subiective. Coniecturalis obiective est, quæ non affir-
mat obiectum; sed tantum iudicat esse coniecturam sua-
dentem existentiam obiecti; et hæc cognitio est impropie coniec-
turalis: nam potest esse certa, et infallibilis in eo, quod
iudicat. Coniecturalis est subiective, quæ iudicat obiectum sub
conditione, sed tamen in ~~prædicando~~ iudicando nititur coniec-
turis fallibilibus; et hæc est propie coniecturalis, quæ ex se
potest falsificari. His præmissis, emergit difficultas,
an Deus certa, et infallibili cognitione cognoscat res con-
tingentes conditionate futuras. Potissime difficultas
versatur circa actus liberos humanæ libertatis conditionate
futuros sub conditione conducente ad ipsos. 180.

In quæst. 1.ª sent.ª

e negativa. Hanc tenent antiqui Thomistæ, tenuereque in Controversijs de gratia. Audiatur Gabriel Pennotus Vir fide dignus, et Ponticus eorum, qui in Controversijs Romæ habitis interfuerunt. In propugnaculo humanæ libertatis lib. 3. cap. 26. num. 2. scribit: Thomistas dum Jesuitis urgerent, ut in Deo supponerent suæ certæ et infallibilis de futuris contingentibus conditionatis, initio respondisse, futura conditionata a Deo solum conjecturaliter cognosci; sed postea assidua occasione certiores factos affirmasse Deum illa certo et infallibiliter cognoscere. Hæc Pennotus, quibus addas, quæ dicit Ledesma.

781. Stat

Ipse hic Dominicanus tractatu de auxilijs divinæ gratiæ editionis Salmanticensis anno 1611. disp. 2. de scientia futurorum pag. 577. ait: 2us modus explicandi istam sententiam est aliorum, qui dicunt, quod Deus cognoscit hæc futura conditionata in prædeterminatione suæ voluntatis et decreto illius, quo prædefinit quid est futurum non absolute sed conditionatum. Et pag. 582. ait: Va sententia [illegible] declarata est falsa, et improbabilis; hanc conclusionem docent omnes D.D. secundæ sententiæ et præsertim omnes illi, qui sequuntur D. Thomam. Præterea: eadem disputatione pagina 572. ait: in difficultate duæ sunt

sunt oppositæ sententiæ inter D.D. 1.a ê affirmativa, videlicet quod in Deo ê verè certa scia, et infalibilis futurorum conditionatorum, quam, inquit, tenent moderni Theologi ut Molina, Vasquez, Valentia, et Suarius: 2.a sententia ê omninò opposita quæ quidem docet, q.d in Deo n reperiat talis scia; sed quod p.r conjecturas Deum sciat, quid ageret câ libera. 782.

Citat pro hac sententia Caietanum, Ferrariensem, Catherinum, et Sanserium, et subjungit: hanc sententiam sequunt omnes Discipuli D. Thomæ, qui hac tempestate interpretant illum, et omnes, qui sequunt ejus doctrinam in mâ de auxilijs divinæ gratiæ. Eandem ipse amplectit fol. 530. Dnê quinta vocans illam certissimam, talem ut opposita n sit ei probabilis. Cum hæc scribant et domestici, et extranei desinant conqueri Thomistæ, q.d â nobis citent aliqui ex suis Authoribus pro sententia ngante in Deo sciam infalibilem futurorum conditionatorum. Itaq pro affirmativa stant omnes D.D. Societatis, Thomistæ Moderni, et ferè omnes Theologi. Hinc benè notat Suarius, quod paucissimi sint Authores, qui scripserunt post exortam controversiam tum in Academijs, tum in Religionibus, qui n sint

amplexati hanc nrã sent.m Id ipsi luculenter ostendit
P.r Didacus de Baeza tom. 3. in Evang.a lib. 12. cap.
16. §. 35. p.r otiy legite.

Caput 23

Deus certò et infalibiliter cognoscit futura contingentia conditionata.

783 Conclusiones probant
Script.a P.P. et ratio. Scriptura: nã 1.o Regum cap.
23. consuluit David Dñum, an si maneret in Civitate
Ceila venturus esset Saul; et an si ipse maneret,
et Saul veniret, Ceilitae tradituri eum essent Sauli?
et respondit Dñus: Saul decendet, et Ceilitae tradent.
Hoc ê, ut exponit S. Hieronim.s si steteris hic, des-
cendet: et si descenderit Saul, et hic te invenerit
tradent. En Deus consultus respondens de futuris condi-
tionatis purè talibus: nã Davide excedente ex Ceila
neq. Saul descendit, neq. David fuit proditus. 2.o
Eliseo petenti ab Elias, Spiritus in eo fieri duplicem,
iste respondit 2.o Regum cap. 2: si videris me, quan
do tollar â te, erit tibi qd petisti: si autẽ ñ vi
deris, ñ erit. En p.r duas conditionales, ñ aliundè

qug ex divina revelatione cognitas Clig loquentes. 782.

3.° pro

hibens Deus Filijs Israel accipere uxores de Gentilijs Si liabus 3.° Regg cap. 11. ait: n ingrediemini ad eas, neque ex illis ingredientur ad vras, certissime enj avertent corda vestra, ut sequamini Deos eorum. 2.° loquens Deus ad Ezequielem 3.° ait: n ad Populum profundi sermonis, et ignotæ linguæ niteris: et si ad illos mitteris, ipsi audirent te. 5.° Xpus increpans Civitates incredulas Mathei cap. 11.° et Lucæ cap. 10. ait: væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida,* q.a si in Tyro et Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, olim in cilicio et cinere pœnitentiam egissent. Audiat Augustinus explicans Xpi sententiam: nunc quid possumus dicere Tyrios et Sydonios apud se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros n fuisse, si fierent, cum ipse Dnus testetur, q.d q. acturi essent magnæ humilitatis pœnitentiam, si in eis facta essent divinarum signa virtutum? 785.

6.° Xpus interrogatus â Judeis, si tu es Xpus, dic nobis, ait illis Lucæ cap. 22: si vobis dixero n credetis mihi; si autem interrogavero n respondebitis mihi. 7.° illud

* Bethsaida *

Joannis 5.º ubi Xptus ad Judeos: ego veni in nomine Patris mei, et non accepistis me, si alius venerit in nomine suo illum accipietis. 8.º denique est illud, quod Joannis 4.º dicit Xtus Mulieri Samaritanae: si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi da bibere mihi, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam. Plurima alia dabunt P. Montoya á disp. 61. de scientia, et P. Fasolius quest. 12 de scientia artic. et dubio 13. Ex his omnibus conforma discursus hic sic: Deus certo et infalibiliter scit, quod revelat; ne enim major ejus revelatio subjaceat falsitati; sed Deus in Scripturis revelat plura futura contingentia conditionata: ergo

786.

Obant

PP. insistentes huic quest.: cur Deus creaverit Angelos, quos previderat esse peccaturos? Cur condiderit Adamum, quem presciebat precepto non obtemperaturum? Cur ipsi tribuit consortium Eve sub previsione inductionis ad peccatum, proventurum ex tali consortio? Cur elegerit in Apostolum Judam, et unxerit in Regem Saulem, futuros impios? Cur homini libertatem contulerit, qua abusurum peccando cognoverat? Cur denique aliis ocationes ad peccandum non averterit; aliis vero substrahat, cum hos, et illos pariter peccaturos iisdem ocationibus et tentationibus previdebat? Versant huic quest.

Augustinus lib. 2. de Genesi cap. 28. lib. 11. de Civitate Dei cap. 17. S. Hieronimus lib. 3. adversus Pelagianos, S. Damascenus in dialogo adversus Manicheos, S. Fulgentius in elucidario columna 5.ª et Tertullianus lib. 2. contra Marchionem cap. 5.º respondens ad ejus objectionem. 787.

Dices: ista quest.io ne inepta sint supponunt in Deo scien.m de eventu: non scien.a simplicis intelligentiæ, aut visionis, quæ conditionata, sc. de eventu conditionato. Probatur m.: nam scientia simplicis intelligentiæ est de objecto præcise ut possibili; sed P.P. instituunt questionem supponendo in Deo scien.am peccati futuri: quod quod non sit scientia visionis probatur, et loquamur de scientia, qua scivit Deus Adamum peccaturum, si crearet: scientia ista de qua P.P. loquuntur est potens retrahere Deum â creando Adamum; sed scientia potens retrahere Deum â creando Adamum, non est scientia visionis de eventu, seu peccato absolutè futuro: quod Ratio m.ris quia P.P. loquuntur de scientia, quæ ingerit dificultatem, cur Deus illa instructus creaverit Adamum? Et huic dificultati respondent ostendendo magna bona coâ ex Adami creatione. 788.

Probatur m.: scientia potens retrahere Deum â creando Adamum potest conjungi cum carentiâ Adami futuri;

Sed Sciâ visionis de peccato Adami absolutè futuro n̄ potest cōjungi cū carentia Adami futuri: ergo. Ratio minoris: quia Sciâ retrahens à creando Adamū potest eē carentia n̄ creandi Adamū: pro quo casu cōjungeret cū carentia Adami futuri. Probatur major: Sciâ visionis de peccato Adami absolutè futuro ē infallibilis, et necessariò cōjungenda cū peccato Adami futuro; sed Sciâ necessariò cōjungenda cum peccato Adami futuro n̄ potest cōjungi cū carentiâ Adami futuri: ergo. Ratio minoris est: quia carentia Adami futuri necessariò infert carentiā peccati ejus absolutè futuri.

789. Accedunt ad hęc, quę dixere Bernardus, Gregorius, et Augustinus evidenter pręseferentia Sciā futurorū cōditionatorū. 1us sermone 5° in Psalmū 90. ait: Deus nos ab aliquibus tentationibus citiùs liberat, ut possimus in alijs, quas nobis utiliores forè pręvidet, exerceri. En Deū à tentationibus his liberantē, et alias permittentē, directus Sciâ, qua videt, nos utiliùs exercendos his potius, quā illis. 2us lib. 33. moralium cap. 11° (aliàs 23.) dicit: alta dispositio juditiorū Dei id-circò sępè benè merentes, vel minus impedit, vel flagellis pręmit, vel quibusdam superiùs positis oneribus gravat,

vel laboriosis occupationib. implicat, q. mira pōa pxvi-
det, qd si quieti ac liberi in tranquillitate persisterent ten-
taōnes ferrè adversarij n valerent mentis prostrati vul
neribus jacerent. 790.

3.tio Deniq. lib. de correctione, et gratia
ostendens, perseverantiā esse ex Dei dono gratuito ad
ducit in exemplū eos, qui cū essent Justi donū perse
verantiæ n habent; sed ex bono in malū, deficiente bo-
na voluntate moriunt, et in hæc verba erumpit: respon
deant, si possunt, cur illos Deus cū fideles, et piè vi
verent, n tunc de vitæ hujus periculis rapuit, nè malitia
mutaret intellectū eorū? utrū hoc in potestate n habuit? An
eorū mala futura nescivit? Nempè nihil horū nisi
perversissimè et insanissimè dicit. ergo ex Augustino
Deus prævidit lapsū Justorū sub conditiōne vitæ diuturnioris; quæ conditiōnē Deus habebat in sua potestate
n purificare, ut in statu Justitiæ decederent; sed hoc
est, Deū scire futura conditionata nobis libera: ergo. 791.


Demū conditiōnē probat ratio multiplex, quarū è 1a: omne verè
scibile scit à Deo sciā infalibili: nè plus exten
dat scibile, quā scia infinita; et nè scia Dei sit fal-

sificabilis; sed futura dangentia odionata presisive à purificaône odionis sunt verè scibilia: ergo. Pbatur maior: id ê verè scibile, de quo potest aliquid verè affirmari vel ngâri; sed de similibus futuris presisivè à purificaône odionis potest aliquid verè affirmari, vel ngâri: ergo. Pbatur minor: talia futura presisivè à purificaône odiônis, vel erunt si odiô ponat, vel non erunt: eo ipso de ipsis potest aliquid verè affirmari vel ngâri: nam si erunt, si odiô ponat, id ipsum potest affirmari; et si n erunt, hoc affirmat, potest ngâri: ergo. Ratio minoris: quia forè si ponat odiô, et n forè si ponat eadem odiônio sunt contradictoria inter quae n dat medium: ergo unum vel alterum erit determinatè.

792\. [illegible] utilis, et laudabilis consulit Deus pro statu eligendo; sed ista consultatio nec laudabilis, nec utilis foret, si Deus n sciret certò eventus odionatè futuros sub hoc vel illo statu: ergo. Pbatur minor: si Deus n sciret certò eventus odionatè futuros sub hoc vel illo statu, n posset inspirare statum potius profuturum, quam offuturum nrê saluti; si ità est, inutilis, et in vanum consulti: ergo. Ratio minoris: quia cum in hoc statu possis malè-

vel benè ~~proced~~ procedi, Deus nesciens, aut certò non sciens, qualis
à me procedendus sit inspirare non potest statum, qui meae saluti pro-
ficiat potius, quam officiat. Praetereà: Deus non posset mihi
benefacere unum inspirando, et ab alio retrahendo; utexgr. Idu
cit ex se, et nescit sub quo certo et infalibili vitae instu
tum prientissimum. 793.

Aliae denique rationes efformari possunt ad Idnem
probandum ex absurdis, quae sequerentur ex opposita sententia: nam
si Deus non sciret infalibiliter, et certo, quid sub unaquavis
conditione contingeret, à hominibus possent proponi plures quaest,
quas Deus non solueret, vel si solueret, ejus solutiones
exponerent falsitati: Quod indignum Deo utrumque sit, no
vit Velbardus. Praetereà: caeca ut ità dicam, providen
tia exerceret Deus in moderando regendoque homines,
et deducendo illos in vitam aeternam: nam certò non sciret, an
salvaretur hic, cui dat auxilium A, et salus illius, vel
damnatio eveniret praeter divinam cognitionem. Quod quam decoro
sum sit hoc provisori perfectissimo, ~~nam~~ omnes nos-
tis.



Caput 3.^m

Confutatio responsionum.

792. Ad argum. ex Scriptura respondebat 1.° Deum non revelasse, quid esset futurum, si poneretur Odium; sed quid tunc temporis erat in voluntate eorum, qui positurum erant effectus. Responsio fundabatur 1.° in eo quod ubi Script.^a ait; tradent: descendet; paraphrasi caldaica, aliai Targum legit cogitat descendere, cogitant tradere. 2.° quia in predictis testimonijs non semel ponitur forte vel forsitan, particula incerte et dubie significans eventum existentium. 3.° quia ut optime D. Thomas quest.^e 12. de veritate artic. 10. distinguenda est Prophetia prescientiae et predestinationis a Prophetia comminationis. 1.^a respicit eventum in se infallibiliter futurum. 2.^a dispositiones causarum, ex qua non est illatio infallibilis ad eventum ipsum. Sic Prophetia Isaie ad Ezechiam 4. Regum cap. 20. morieris, et non vives dumtaxat respexit ad presentium causarum dispositiones, in qua, et non in eventum, suum habuit verita

Contra 1°: Deus revelavit eventum 795.
in se ipsis: recole testim.a q. Obra 2°: Deus dixit, cer
tissimè avertenda à se corda Judeorum, quia si à Deo
ingrederent Mulieres Gentiles: q. Obra 3°: q.a si Deus
precisè revelaret, presentem dispositionem causarum tale effe-
ut sub ea, fortè futurum effectum, stante ea revelatione, pos
set quis non credere, aut dubitare, de existentia ejusdem effec-
tus: q. posset quis dubitare adhuc stantibus supra da
tis revelationibus, an David tradendus esset à Ceilitis,
an tirij devertendi, an pervertendi Israelitem, positis
conditionibus sub quibus ea omnia futura revelant.
Obra 4°: nam si tenet responsio, exhibita interrogationibus
David non est ad ejus mentem: nam David interroga
bat, q. nesciebat: nesciebat eventum, et proditionem
in se ipsa; non verò dispositionem, quam noverat in
Saule ad ipsum persequendum, et in Ceilitis ad con
nivendum Sauli: q. 796.

Resp. alicujus momenti sunt fun
damenta responsionis. Nam 1°: q.a in Paraphrasi Cal
daica non sit versio textus, sed commentarij Judeorum tal
mudici confectum nostris fictionibus nullius est authoritatis, ut
notavit Em.mus Belarminus lib. 2. de verbo Dei cap. 3.

20.

Hinc in expurgatorio anni 1707. verbo Barum jubet in quavis ejus editione præponi notam hanc: neque adeo magni faciendus hoc opus, neque ex ejus authoritate satis firmus argumentus deduci; sed caute et cum judicio ubique legi oportere. Non his: quia particulæ forte, fortasse non significant dubitationem sui divini; sed vel denotant difficultatem effectus, vel nostram circa ipsum libertatem. Ita PPdes Hieronimus, Ambrosius, et Remigius, qui apud S. Thomam in Catena inquit: ideo Dominus, qui omnia novit in hoc loco verbis dubitantibus posuit (scilicet forte) ut demonstraret, quia liberum arbitrium concessum est hominibus.

737. Non denique 3.º quia licet vera sit doctrina quam continet, usus tamen illius pravus est. Quippe ex exemplo mortis Ezechiæ absolute prædictæ mihi liceret inferre, Deum non tantum futura conditionata, verum absoluta, qualis erat in prædictione mors Ezequiæ, non scire in se ipsis, sed in dispositione causarum. Itaque ne hoc absurdum dicat, statuendum oportet hanc regulam: ubi prædicti effectus in se ipsis quoties non constat non evenisse; si vero constet eos non contingisse, quales non contingunt mors istius Regis tunc sensendum eos prædictos fuisse prout erant in causarum dispositione. Ad

Ob. potest Prophetiæ Oseæ quin facta et aliæ similes non fuissent absolutae, sed conditionatae; hinc enuntiasse infallibiliter mortem in se ipsa, sed dependentem ab aliqua conditione tacita, quæ non fuit purificata, et ejusmorte non evenit. 798.

Respondebat W. ex revelationibus Scripturæ non licere inferre scientiam infallibilem omnium futurorum conditionatorum contingentium: quia circa revelata Deus habet decreta subjective absoluta, et objective conditionata, quæ non habet circa non revelata. Sed contra, et quæro: an non dato hoc decreto circa non revelata, adhuc maneant aliqua futura conditionata non revelata, vel non maneant? Si 1.um infero: quod futura conditionata non revelata sunt independentia a decreto Dei subjective absoluto, et objective conditionato: nam eo non dato circa ipsa, ipsa tamen dantur. Si 2.um infero: quod ex Scriptura constat dari in Deo scientiam infallibilem omnium futurorum conditionatorum. Ratio consequentiæ: illa est cognitio universalis omnium in genere futurorum futurorum ultra cujus obiectum non est aliud contingens et conditionatè futurum; sed ex Scriptura ostenditur cognitio infallibilis futurorum contingentium conditionatorum quæ sunt revelata, et ultra ista nullum manet objectum, quod sit futurum contingens conditionatum, semel exclusio decreto actuali circa non revelata: quia 799.



Ad argumentum ex Patrib. respondebat ipse opitantem propositam questionem loqui de sua visionis peccati absolute fu(turi) turi, que subsequitur ad decretum creandi, et antecedit creationem: non enim querunt, ut Deus decreverit Angelos, et Adamum creare; quem prescuiverit peccaturos? sed cur creaverit? contra, et ex responsione infero: quia questio quam sibi Patres solvendam proponunt, est hec: cum decreta a Deo Angelorum et Hominum creatione, et previsis eorum peccatis absolute futuris, Deus utrosque creaverit? At questio hec inepissime proponitur solvenda, non secus ac hec, cui illa sequi valet: cur scilicet Deus exequatur id, quod efficaciter decrevit: quia utrique Patres quod sibi solvendum proponunt, cur Deus creaverit Angelos, quos prescie bat peccaturos, non supponunt decretum creationis nec scientiam visionis de peccato futuro, quasi ista posset retrahere ab executione decreti efficaci divine voluntatis; sed unice supponunt prescientiam peccati futuri sub conditione creationis



quæ sit S.r Dei voluntas, et quæ se habet perinde ac decretum efficax creandi. 800

Ad 13 rationem respondebat 1.o propositionem de futuro contingenti conditionatam esse intrinsece falsam, et veritatis impossibilis, quippe in simili propositione præcise affirmatur unum ex alio sequi: igitur falsum et impossibile sit quod contingens inferatur ex conditione cum ipso non connexa, inde fit similem propositionem esse falsam, et veritatis impossibilis. Contra: nam propositio de futuro contingenti conditionato potest esse non illativa, sed pure conjunctiva, seu simplex enuntiatio unius de alio sub conditione accepto; sed ad veritatem propositionis non illativæ non requiritur bonitas illationis: quod præterea: cum sint aliquæ veritates objective conditionales contingentes, hæ non debent esse illativæ, nec earum de [illegible] contingentia quæ præcise stat in contingentia conjunctionis conditionis cum conditionato, conditionati cum conditione, et non in absoluta contingentia conditionis aut conditionati; quippe si in ista contingentia consisteret contingens veritas earum propositionum.* 801

hæc propositio, Si existat unio, existeret correctio, est veritatis omnino contingentis.

Respondebat 2.o propositiones de futuro contingenti conditionato non habere aliquam veritatem, præter conjecturalem desumptam ex inclinatione conditionis in conditionatum. Contra: nam scientia conjecturalis subjective est incerta et fallibilis ex motivo incerto et fallibili, cui innititur: ejus natura scientia Deo repugnat: quod scientia conjecturalis objective certa non repugnet Deo ob imperfectionem;

tam repugnat, quod habeat à Deo rem aliquam veritatem contingentialem, quam revelavit. Atqui revelavit aliquas veritates, ad quas conditiones non inclinabant, sed ad oppositum: ergo hae veritates certo et infalibiliter nobis in se ipsis, et non in consecutionibus seu conditionibus inclinantibus ad ipsas. Praeterea: quia si Deus scientia conjecturali cognosceret omnes veritates conditionales; nullae essent contingentes; sed omnes essent necessariae. Ratio: quia omnes facerent hunc sensum: si Petrus habeat libertatem et dabitur mihi inclinatio in consensum, quam in dissensum; sed propositiones facientes hunc sensum necessariae veritatis, aut falsitatis.

802.

Respondebat 3º, propositiones de futuro conditionato contingenti esse suspensas à determinata falsitate, et determinata veritate: hinc similes propositiones, licet sint contradictoriae, non sunt determinate verae et falsae; sed confuse, et indeterminate. Contra: impossibile est, rem esse suspensam ab esse, et non esse conditionato tempore futuro; sed eo ipso aliqua ex propositionibus de futuro conditionato contradictoriis est determinate vera, et aliqua determinate falsa: ergo Probatur maior: si res esset suspensa ab esse et non esse conditionato tempore futuro, res neque esset, nec non esset conditionate tempore futuro; sed hoc contra est impossibile: non secus ac res, quae neque esset

neq; n̄ eēt absolutè pro tpore futuro; aut qui pro statu pos
sibilitatis neg.e esset, neg.e n̄ eēt possibilis: g.

803.

Itaq; dicendū
quid ē, q.d indeterminatio se habeat ex pte nrǣ cognitionis; ac
q.d indeterminatio se habeat ex pte rei. 1.ū ē verū: nā nos scire
n̄ possumus, utra ppositio determinatè vera sit ex his: si de
dero Petro auxiliū A, consentiet: si dedero Petro auxiliū
A n̄ consentiet. At 2.ū ē falsū: q.a consensus n̄ potest esse
suspensus ab esse et n̄ esse conditionatè sub auxilio A,
si hoc detur pro tpore futuro. Et ratio à priori ē: q.a noster in
tellectus habet mediū inter cognitionem determinatè affirmantē,
et determinatè negantē existentiam conditionatā rei pro tpore futu
ro: siquidem nimirū ab utraq; se suspendat, aut cognitionē dis-
junctivā habeat. At ex pte rei acceptā n̄ datur mediū inter esse
et n̄ esse rei sive absolutè, sive conditionatè. Hinc ppositio
de futuro conditionato contingenti ē in se determinatè vera, q.do
res se habet in se, sicut p.r ppositionē enuntiatur; et nobis nota
ē ejus veritas q.do de ea nobis constat, ignota manente,
q.do nobis n̄ ē argumentū, ex quo possimus ejus veritatē dedu
cere.



Caput 2um
Argumenta ab authoritate soluta.

802. 1o ad Moysem loquutus ē Deus de signis, quib. conciliaturus esset Israelitarum fidem, et dixit Exodi cap. 4o: si n̄ crediderint tibi, neque audierint sermonem signi prioris; credent verbo signi sequentis; q.d. si nec duobus his signis crediderint; .... sume aquam fluminis: Ambiguus modus iste loq.di denotat, in Deo n̄ fuisse nisi notitiam conjecturalem eventus sub signis: q. Verum si ex allegato textu licet inferre notitiam conjecturalem futuri conditionati, licebit pariter inferre similem notitiam futuri absoluti; cum signa fuerint in re exercita, et eventus, effectusq. eis responderit. Directè resp. assumptum. Certò et infallibiliter praescivit Deus duobus 1is signis aliquos, sed n̄ omnes credituros; 3o verò credituros omnes. Deus eo modo ambiguo loquutus est n̄ q.a n̄ sciret certò quid sub uno quovis signo eveniret; sed ut se accommodaret conditioni hominis, cum quo loquebatur. Audi Abulensem: n̄ loquitur Deus sub dubio quasi nesciens, an aliqui istorum signorum crederent, sed more humano ad valdè contentandum
803 Moysem loquitur. Eodem sanè modo loquitur Deus, cum uiit S.

verbis forte, forsitan (ut ... dei) n. q.a dubitet, sed ut
moris gerat hominibus vel ut indicet efficacem diligentiam vel
ut increpet. Audi Hieronymum exponentem illud Jeremiae 26:
noli subtrahere verbum, si forte audiant: verbum ambiguum
forsitan majestati Dei n. potest convenire; sed nostro loquitur
affectu ut, ut liberum hominis servet arbitrium. Audi S.
Augustinum tom. 9. tract. 37. in Joannem explanantem ver
ba Apostoli Dni, si me sciretis, forsitan et Patrem meum sciretis:
ille qui omnia scit, q.do dicit forsitan n. dubitat, sed in
crepat: : : : Dubitationis verbum e, q.d dicitur ab homine; ideo
dubitante, q.a nesciente: cum vero dicitur de Deo verbum dubitatio
nis, cum Deus nihil utique lateat, illa dubitatione arguitur
infidelitas, n. opinatur divinitas. Denique audi Ambrosium
3.o de fide cap. 6.o dicentem: nec dubitare Dei est, nec falli;
dubitat enim qui ignorat. 806.

Hic ex Augustino lib. de praedestinatio
ne cap. 12.o verba Sapientiae 4.o versic. 11. raptus e, ne mali
tia mutaret intellectum ejus: sic explicante: dictum e hic pe
ricula vitae hujus, n. hic praescientiae Dei, qui hoc
praescivit, quod futurum erat, n. q.d futurum n. erat: id
e, q.d ei mortem immaturam fuerat largiturus ut tenta
tionum subtraheret incerto; n. q.d peccaturus esset,

qui mansurus in tentatione non esset: et ex Augustino in hac conditionali, si justus viveret laberetur, Deus nihil aliud novit, nisi pericula vitae, et ejus immaturae mortis ei fuerat largiturus. Constat ex eodem Augustino Epist. n. 105. ad Sixtum dicente: neque enim meritum parvulorum potest quisquam dicere, ut huic ad percipiendum baptismum non consulatur, illi autem consulatur, Deum futura eorum opera praevidere. Quomodo enim futura dicuntur, quae non erunt. Et libro de anima, ejusque origine ajente: ipsa opinatur omnino praescientiam, si quod praescitur non erit: ergo Deus non habet scientiam futurorum conditionatorum, quae numquam erunt.

807. Sed contra est ex eodem Augustino: scientiam futuri conditionati tradente pluribus in locis. Recole jam ejus testimonium, et positum num. 792. Accedit, quod legitur lib. de dono perseverantiae cap. 9o ibi: poterat Deus praescitos esse lapsuros, antequam id facerent, auferre de vita. Item: eadem Epist.a ad Sixtum Semipelagiani contendit, Deum praevidere quomodo quisque dicturus esset, si viveret, quae tunc scientia est futuri conditionati. Denique loco nobis objecto ex lib de praedestinatione versat hanc difficultatem: cur Deus morte praeoccupet lapsuros praevisos

aliquorum justorum, et non praeoccupet omnium? Et quaestionem supo-
nens suae infallibilis lapsus conditionate futuri; resolvit ex
clamando cum Apostolo ad Romanos 11: O altitudo divitia
rum sapientiae, et scientiae Dei! quam incomprehensibilia sunt ju
dicia ejus, et investigabiles viae ejus! 808.

Dicetne ad ar
guendum nostram causam perperam deductam ex textu Augustini dis
cernens contra Pelagianos, qui asserebant, homines pro me
ritis conditionate praevisis esse dignos praemio, et supplicio
pro demeritis similiter praevisis. Quia Ibi docet Au-
gustinus, quod Deus e vita tollit multos, quos noverat
male operaturos, si diutius vixerent: tollit inquam,
ne peccent; et infert: quod mala opera, et peccata, quae fo
rent, si vixerent, non habent rationem demeriti. Affert exem
plum Justi, de quo loco Sapientiae, et asserit, esse raptum non hujus
praescientiae, idest, non quia Deus praescivit ejus lapsum, ut
dignum morte, et poena; sed hujus periculis hujus vitae,
hoc est, ut Deus justum illum subduceret e periculis
vitae, quibus, si viveret, certissime succumberet. Haec
Augustini mens, et ejus disertatio. Venio ex hoc quid
contra nostram sententiam? 809.

Addit, Deum non praescire quod futurum

n̄ erat, neq. peccaturus esset, qui in tentatione n̄ erat mansurus. Certè ita est: Dei præsciã stricte talis ē eorũ, quæ absolutè erunt, et ad quorum esse sciã præcedit. Igitur cũ lapsus ejus Justi rapti immaturè è vita n̄ esset absolutè futurus, ēpindè ejus Deus n̄ hbet præsciã strictè talem, sed scientiã: nec præscit ipsum esse peccaturũ, aut sic ejus lapsum rationem habere ratiõis peccati et demeriti absolutè talis, quod puniat Deus morte immatura. Adversariis respondendũ est eadẽ doctrina, quæ eruitur ex eodẽ Augustino pluribus in locis excludente à ratiõne meriti, et demeriti, quæ n̄ sunt absolutè futura. Libro de prædestinatiõne Sti. cap. 13. ait: horũ futura, quæ n̄ sunt futura, proculdubiò nulla sunt merita. Et clarius l. lib. 1º. de ãa et ejus Origine cap. 12: quo modo ergo puniunt peccata, quæ nulla sunt, id ē, quæ nèc vita ista nondũ incipiente ommissa sunt antè carnẽ, nec morte præveniente post carnẽ?

8/0. 3º. ex Damasceno dialogo contrã Manichæos quærente, quare Deus præsciens

Diabolum et bono malum evasurum, illum condidit? et respondente: si eum praenoscebat, certe et omnino futurum praenoscebat: etenim ejus, quod non omnino futurum sit, praescia, non praescia, sed ignorantia est, et impostura. Et post pauca: quando autem praescire queat, quod futurum non est: nam si aliquis peccaturum praescivisset, nec eum condidisset; praescientia haec non esset, sed impostura. Quemadmodum cognitio est earum rerum, quae sunt, sic praenotio earum, quae certo futura sunt: ergo juxta Damascenum in Deo non datur scientia conditionatorum: quam veram authoritatem hanc contra impetunt Thomistae asserentes, Deum scire futura conditionata in decreto divino subjective absoluto, et obiective conditionato. 8. n.

Dicente

respondeo hic Damascenum loqui de praescientia peccati ut absolute futuri, et ideo dicit, quod si Deus aliquem non condidisset propter quod praebuit conditionate futurum, cognitum ut peccatum [illegible] absolute [illegible] supplicio, scientia, qua Deus id judicaret, impostura esset. esse [illegible] Deum divinae Justitiae, [illegible] judicare [illegible]

32. niendo peccatum quod absolute non est futurum. Vel cum dici potest ——— Damas ceno nolli scientiam futuri conditionati appellari praescientiam, eo quod ad ipsam necessario consequi debeat absolu tus [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] etiam Damasceni auctoritatem latius versans. (lo que va dentro de este parent esis no sirve este como lo hize, por ha ver [illegible] [illegible] [illegible]

812. Ad cal

[illegible] et alia ex D. Thoma testimonia exponat notetur 1º. futura conditionata posse in se ipsis certo cognosci; quia licet non habeant in se esse absolute existentiae; habent tamen esse quod existeret, si daretur conditio.

(41) 2º. conditionalis, ex cujus conditione non infertur conditionatum esse falsam in sensu illativo; non vero in sensu conjunctivo. In hoc cognoscitur a Deo; non tamen in 1º. 3º. in divisione scientiae facta a D. Thoma in scientiam visionis, et simplicis intelligentiae locum posse habere scientiam mediam. quia nomine scientiae simplicis intelligentiae intelligenda venit scientia, quae versatur circa objectum non existens absolute circa quod versatur

scientia media; quae etiam spectare poterit ad scientiam necessariam: quia non supponit decretum divinum absolutè existens cui innitatur; aut ad scientiam liberam, quatenus versentur in objectum contingens.

Caput 5.um

Argumenta à ratione diluta.

813.

Scientia conditionata dicit imperfectionem: quae in Deo non est. Probatur antecedens: nam 1.º dicit conceptum compositionem. Componit enim conditionem cum conditionato. 2.º dicit discursum: ideo enim est, si Sol lucet dies est, ac Sol lucet: ergo dies est. 3.º dicit aprehentionem simplicem: quia conditio cognoscitur, et neque affirmatur, neque negatur. 4.º est abstractiva: quia abstrahit ab existentia, et existentiae negatione. 5.º est falsa: quia attingit objectum aliter ac est in se; cum conditionatum nihil sit ex parte objecti. 6.º denique: quia concipit ut distincta, quae sunt idem: attingit enim auxilium ex parte conditionis, et ex parte conditionati: quae verò ita attinguntur, ut distincta attinguntur: ergo. Confirmatur: scientia conditionata importat suspentionem tunc ab existentia conditionis, tunc ab existentia conditionati: haec suspentio dicit imperfectionem: ergo.

32. 812. Ad argum. neg. ant. Ad
3. probatio neg. scia conditionata dicere conceptum propositionis: quia esse obta diversa, distinctaque sint simplicissimo intuitu cognoscuntur à Deo. Ad 2.
neg. scia conditionata importaret rationem discursus formalis; sed tantum importare discursum virtualem.
et equivalentem tale. quia cognitio divina simplex
si Sol luceat dies erit, equivalet complexi creato,
qua diceret Sol lucebit, ergo dies erit. Neg. 3.
quia de conditione affirmat conjunctum cum conditionata, sive
illa dicitur cognitio divina potest precisse esse expressio conditionis, in nulla est eadem cognitionis specie:
non aliud ad rationem cognitionis, que est in Deo, in nulla
est specie cognitionis. Ad 4. neg. quia scientia divina non est precisiva; sed nos in ipsa precisive
dividimus conceptum, qui precisse est tendentia in rei
possibilitatem, nunc in esse conditionatum illius.
812.
Ad
5. dico, conditionatum nihil esse actuale absolutum:
esse verò aliquod esse conditionatum, seu esse, quod
erit actuale, si ponatur conditio; et ita representatur, enuntiatque scientia conditionata. Ad 6.
neg. cognosci, ut distincta, que indistincta sunt.

Ex pte' Dionis auiquid id ipsy auxilij atac ty pr. Dions, ut Statuens Complexy ex auxilio, et Ovevertione. Ad Ifracons disting. m. scia Dionata importat suspentione respondeng suspentio ni obti in essendo; Ido: alia; ratio m. In signo scig Dionats n' e judicabilis exist. Dionis aut Dionati; sed in signo posteriori. Hinc n' judicare, seu se suspendere a judicio exis tentis in signo inquo hy n' e judicabilis, nullu imperfectione praesefert. Videas id ipsy in signo necessariony Oringere n' sig simplicis intelligentis; et in sententia Thomistary, inqua Deus cognoscens Dionaty in decreto, n' judicat existeny.

816.

Ry: Deus inquovis instanti habet notitis absoluty de existentia, aut n' existentia Oventionis: g in nullo habet notitij Dionaty illius. Pbat con: notitia Dionata de obto inutilis est, g. de eodg hbet absolutat: et Ofrat. Dionaty Oingens aut mere in sola possibilitate, aut tanu ipsy. si id spectat sr. simplicis intelligentis. si hy sr. sciz visionis: g in Deo n' e scia Dionata. ...

36. arguitur: concessa antecedenti, nego consequentiam et probationem: non est intellectio sua, et liberum decretum, quia hoc est in statu indifferentiae ad absolutam affirmationem, sive in signo priori ad signum absolutae affirmationis, vel negationis, converso tantum est affirmabilis, aut negabilis conditionate. Sic in signo priori ad signum existentiae non possunt affirmari possibilia, converso per simplicem intelligentiam affirmanda, aut neganda ut existentia in signo posteriori. Ad confirmationem dico, futurum conditionatum esse conditionate extra statum possibilitatis.

817. Quia Deus ipse non solum verum est dicere, quod potest esse; sed etiam quod erit, si ponetur conditio. Hinc pro statu conditionato habet esse conditionatum, quod praesupponit decretum divinum non existens absolute, sed conditionate. Ac instas: futura libera pure conditionata non sunt extra statum purae possibilitatis: ergo. Probatur antecedens: futura necessaria pure conditionata, v.g. si existat unum existent extrema, non sunt extra statum purae possibilitatis: ergo. Ad instantiam nego antecedens; et concessa antecedenti probationis, nego consequentiam. Disparitas: quia praecise, quod ... consequentia.

noscell essentiæ unionis cognoscit connexionē me-
taphicā ejus cū extremis; ipsa enim n̄ posse exi-
stere, quin existant extrema: unde veritas hæc, si
existit unio, existent extrema, ē veritas necessa-
ria. Ast pr hoc præcisè quòd Deus cognoscat
essentiā conditionis n̄ potest cognoscere existentiā conven-
tionis potius quā n̄ conventionis, cū conditio ad unā
se hbeat contingenter. Hinc veritas hæc, si dei
auxiliū A, dabit conventio, contingens ē, et ad sci
ā mediā spectat. 848.

3.o collatio liberi cognitionis

eo, q. dei à Deo scientiæ vel consensū, vel dissensū: q
conditionalis hæc, si dei libertas A dabit consensus, ē veri-
tatis necessariæ: q n̄ cognoscit pr sciā contingentē. Pro-
bat 1.a cōa: talis ppōs æquivalet disjunctivæ huic,
si dei libertas A à Deo sciente consensū, vel sciente
dissensū dabit consensus; sed hæc disjunctiva ē veri-
tatis necessariæ: q. Ad argum nego cōa, et m.r pro-
bationis. Ex parte hipothesis solū veniunt disjunctivā
libertatis A, n̄ verò suā, cū quibus indeterminatè
connectit. Ratio hujus: quia ex parte hipothesi
n̄ veniunt, quæ determinent, vel impediunt con-
ditionato v.g. consensū; sed à consensu determinat scia

consensus, et impedit scientia dissensus; sicut impedit dissensus ipse, et determinat ipse consensus: ergo

81D.

Instantiae ad haec praeoccupabis, si bene noveris 1º Deus cognoscere ex parte hypothesis libertatis &, vague connexionem eius scientiae de consensu, vel de dissensu, huius recta eius conceptus: si vero huius obliquus, quod est scientia consensus, vel scientia dissensus, et quae sunt termini cognitionis vagae auxilii. 2º ex parte hypothesis attingi auxilium existens modo intrinsece possibile, non tamen modo extrinsece possibili: hoc modus extrinsecus possibilitatis auxilii existentis stat in aliqua scientia consensus vel dissensus; quae ex parte hypothesis non attingitur in recto, et directe; sed indirecte, et in obliqua. 3. ex parte conditionati attingi determinatio scientiae, nimirum consensus: conditionalis sic tendit: si Deus auxilium dabit consensus, et scientia consensus. 2º: scientia consensus est requisitus ad consensum; sed quod sit liber ex parte actus 2i libertatis constitutivi; si vero ex parte actus 1i, qui praescindit a praecognitione vel determinatione formalis a scientia consensus, vel a scientia dissensus.

Ex: Idiomalis hec; si 820. 38

deo libertas A. dabit consensus, n̄ ē contingens ve-
ra: q. Prob. ant: similis idiomalis equivalet
huic casus libertatis A. ē casus consensus; sed
hec n̄ ē contingens vera: q. Prob. m: propositio hec
casus libertatis A. ē casus consensus, facit sen-
sum universalem, vel particularem: sub neutro ē con-
tingens vera: q. Prob. m: q. si facit sensum uni-
versalem, exponitur sic: omnis casus libertatis A.
ē casus consensus, et ē necessario falsa: q. casus
libertatis A, et dissensus, ē aliquis casus liber-
tatis A, qui repugnat ēe casus consensus. Si fa-
cit sensum particularem exponitur ita: aliquis casus
libertatis A ē casus consensus, et ē necessario ve-
ra: q. casus libertatis A, et consensus ē possibi-
lis; et ipse casus possibilis necessario affert consen-
sum. Confirmatur: praedicta idiomalis habet hunc sensum:
casus libertatis A ē casus consensus; sed casus
libertatis A, et dissensus ē casus libertatis A:
q. casus libertatis, et dissensus ē casus consensus,
quod implicat. 821.

Ad argumentum ergo ant. neg. probationis,
et m. ulterioris probationis. Idiomalis, si Deus

libertatis A, dabitur consensus, libertatis sensu singulari, & sic exponitur: casus hic singularis determinatus libertatis A est casus consensus. Iste casus est contingens: quippe posita ea singulari libertate A, potest non dari consensus. Ad confirmationem distinguo: casus libertatis A, & dissensus est casus alius libertatis A, concedo. Est casus idem, nego, ac casus meus, respondeo nego. Confirmabitur solutio ex retorsione: casus coexistendi corporis & animae D. Petri est casus carentiae unionis inter ipsas; sed casus unionis inter corpus & animam D. Petri est casus coexistendi corporis & animae D. Petri: ergo casus unionis inter corpus & animam D. Petri est casus carentiae unionis inter ipsas. Pessima consequentia.

822. Instas: veritas conditionalis transit in absolutam purificata conditione; sed conditio propositionis conditionalis est collatio singularis libertatis A: ergo si detur collatio singularis libertatis A, dabitur consensus. Subsumo: sed dabitur collatio singularis libertatis A, si detur collatio singularis libertatis A sine consensu: ergo si detur collatio singularis libertatis A sine consensu

dabitur assensus. Ad instantiam repete distinctionem et transmisso integro discursu, distinguo subsumptum sic: sed dabitur collatio ejusdem numericè singularis libertatis A si detur colatio singularis libertatis A sine assensu, nego: diversè numericè singularis libertatis A, concedo minorem. Cum datur singularis libertas A sub qua previsus erat assensus, et quae purificanda foret, ut iste transiret in absolutum. 823.

5. haec conditionalis, si detur auxilium A, Petrus convertetur, aequivalet, et non aequivalet huic disjunctivae, vel Petrus non vocabitur auxilio A, vel convertetur: ergo similis veritas conditionalis est implicatoria. Probatur antecedens quoad primam partem: eo ipso quod verum sit, quod Petrus convertendus est si detur ipsi auxilium A, verum est, quod non vocabitur eo auxilio, quin convertatur, et hoc stante, verum erit, quod convertetur si vocatur auxilio: ergo talis conditionalis aequivalet disjunctivae. Probatur quoad 2am: de quovis auxilio A numquam extituro verificatur necessario extiturum sine conversione Petri, seu non esse extiturum cum carentia conversionis Petri; sed de quovis auxilio A numquam extituro non verificatur, quod Petrus convertetur si habeat tale auxilium: ergo

equivalenter n̄ sunt ꝓpones: si Petrus vocat auxilio dvertet, n̄ existet in Petro auxilij ꝑ sine dvertione.

824. Fallax argumentaão solvenda dicendo, ꝓpōes dionalis, et disjunctivę equivalere n̄ mutuò quoad veritatē. Itaq ut benè in argumto, ꝓptiō; si det auxilij ꝑ Petrus dvertet, infert disjunctivę, aut n̄ dandū auxiliū, aut Petrū dvertendū esse. Cęterū disjunctiva illata n̄ equivalet dionali, nec illā infert. Et ê raô: q.a veritas ꝓpōnis disjunctivę stat ꝓcisè, stante ꝓcisè veritate unius partis: ignit erit vera numquā dato auxilio ꝑ, etiā si casu quo daret, Petrus n̄ dverteret. Cogita: numquàm dandū auxiliū sub quo Petrus n̄ dverteret: tunc verū erit, vel n̄ dandū auxiliū, vel Petrū dvertendū esse; sed n̄ erit verū quod si det auxiliū, Petrus dverteret; q.a ut vera esset hęc dionalis ꝓpōs erat, quod casu quo daret auxiliū, Petrus dverteret.

825. Ad finē nota pro solvendis alijs ꝗ, dsensum esse dtingentē, seu liberū, et eē determinatū determinaône dionali

ut sit conditionatè futurum. Determinatio hæc stat in existentia conditionatè in sensu, quæ foret, si daretur conditio. Ast hæc determinatio non supponit divinum, nec libertati intereat; sed præcisè decretum divinum indifferens applicativum omnipotentiæ, et existens non absolutè, sed conditionatè. 2º licet in Deo non detur voluntas purè conditionata, potest tamen dari scientia purè conditionata, quia ista spectat ad intellectum potentiam necessariam, et determinatam ad cognoscendum omne objectum, quod supponatur cognoscibile, et modo, quo est cognoscibile: illa verò spectat ad voluntatem potentiam liberam, et non determinatam circa objecta contingentia, et limitatam. 3º conditionem cognosci per scientiam mediam ut conditionatè futuram ipsa ut tali operante ratione conditionis rationis sui.

Disputatio 2ª

An Deus infallibiliter cognoscat futura conditionata libera immediatè et in se ipsis vel mediatè, et in alio?

Caput 1.um

Referuntur sententiæ et constituitur 1.a Conclusio. 826.

Hac tempestate

docent Thomistae Deum infallibiliter cognoscere futura conditionata nobis libera; sed non immediate et in se; sed mediate, et in decreto absoluto existenti in Deo, et tendente conditionate in objecta sic: decerno mediâ praemotione conversionem Tyriorum, si apud eos fiant Christi miracula. Hanc sententiam eam praesupponunt Dei decretum absolutum existens, et ei innitentem, appellant suam visionem liberam, quae pro libito Dei ponitur, et pro eodem libito potuit non poni. Sic post Magistrum Albarez disp. 1a. de auxiliis, et lib. 1o. responsionum ferè omnes Thomistae, quorum cathalogum texuit Heronimus Vivez de primatu divinae libertatis contra scientiam mediam, disp. 13. dist. 2a. §. 2o. Quinquaginta Authores ex suo Dominicano claustro enumeravit adjungit ex exteris ordinibus aliquos.

827. Dixi ferè omnes: quia à cathalogo expungendi sunt Sanctus Thomas, Sanctus Vicentius Ferrer, et antiqui Thomistae Ledesma Plasius Berdue, Cavezudo, et Ripa falsò allegari pro ea sententia, uti ostendit

93

